



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xx. De donationibus inter virum & vxorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

## De donatio inter vir. & vxor.

ne auditor.

5. *Ex literis.*

Itaque propter adulterium mulieris matrimonium separator. quod si vir postea fornicabitur: restaurator.

7. *Quanto.*

Altero verò coniugum fidelium in fornicationem spirituales id est in hæresim lapsi vinculum coniugale ne soluitur. Altero autem infidelium ad fidem conuerso si alter olli cohabitare noluerit, vel non sine blasphemia, aut peccato valebit: soluitur, conuersus, si volt, contrahito.

6. *De illa.*

Si vxor à viro in hæresim lapsa auctoritate propria diuorterit: ad eundem respicientem reuerti cogitor. Sin ecclesiæ iudicio diuorterit: ne cogitor.

2. *Quasiuit.*

Sanè pro furto viri aliòve simili crimine separator. Sin eam ad infidelitatem inuitabit separator. In viro idem esto.

1. *Si qua mulier.*

Sed & si in necem viri cõspirasset, & is cum illa defenderet conspiratorum quempiam occidit post vxoris mortem, si volt, aliam ducito, illa autem exspes nubtiarum esto.

*De donationibus inter virum & uxorem,  
& de dote post diuortium restituenda. Tit. 20.*

*De donationibus inter virum & uxorem.*

8. *Donatio*

**D**onatio constante matrimonio inter coniuges facta ex qua donans pauperior futurus est, ni eius obitu confirmabitur, ne valeat. Qua



Quæ & si ab eodem tacitè vel expressè reuocabitur, aut donatarius prior decedat, euanesco. Cæterum soluto matrimonio vt dos ad mulierem, sic propter nubtias donatio ad virum ( si non vel consuetudo, vel pactum lucrandæ dotis & propter nubtias donationis, idque æquale, aliter suadebunt) redito.

Quod si usufructuarius rem ipsam vxori propter nubtias donabit: in eam ne plus iuris, quam habesit, transferto. Idem in domino, cuius dominium sub aliqua conditione resolui potest, obseruator.

Si vir propter nubtias illicitas mulieri quid duerit, idque sub pacto commissi si eam relinqueret, & ex hoc diuortium impediri videbitur: mulier officio iudicis donationem restituere cogitor.

*De dote post diuortium restituenda.*

Soluto ex causa matrimonio vir dotem integre reddito.

Nedum autem dotem reddito, sed & ad diuisionem eorum quæ communiter obuenerunt compellitor.

Denique super matrimonio delegatus si sententiam diuortii feret dotis quoque restitutionem imperato.

Mulier tamen ob adulterium à viro separata dotem seu dotalicium ne repetito.

Vir agens pro dote non ideo quòd ad inopiã vergat prorsus excluditor, nec ultra propriam facultatè præcisè satisfacere cogitor. olli dos sub

Y

6. Nuper.

5. Et si necesse.

1. Mulieres.

2. Significauit.

3. De prudentia.

4. Plerumque.

7. Per vestras.



## De Secun. nubtiis.

ea quam præstare potest cautione assignata.  
Quod si ea cautione haud satis doti consulere  
esset: dos apud mercatorem deponitor. vir de  
honesto lucro matrimonii onera sustineto.

*De secundis nubtiis. Tit. 21.*

4. Super  
illa.

5. Cum se-  
cundum.

2. Domi-  
nus.

3. Vir au-  
tem.

1. Capel-  
lanum.

**H**odie mulier intra lugubrem annum con-  
trahens infamia legis ne notator.

Ita demum autem contrahito, si de morte con-  
iugis certa fiet. Sin addubitabit: ne facito. Si iam  
faxit: debitum reddito, non exigit. quod si post  
modum superstitem esse priorem resciet: post-  
riorem dimittito. in viro idem esto.

Cæterum coniuges ad digamiam transien-  
tes, cum iam benedicti fuerint, presbyter ne ben-  
dicito.

Qui hoc faxit ab officio beneficioque sus-  
pensus ad sedem apostolicam amandator.

*Libri quarti finis.*